Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes murmura-
bant dicentes quod ad hominem peccatorem diuertisset.
Stans autem Zacheus; dixit ad dominum. Ecce dimidium
bonorum meorum domine do pauperibus. Et siquid aliquem
defraudaui reddo quadruplum. Ait iesus ad eum. Quia
hodie salus domui huic facta est. eo quod ipse sit filius
abrahe. Venit enim filius hominis querere et saluum facere quod
perierat. Secundum lucam

In illo t. D. d. i. d. s. Non est arbor bona que facit
fructus malos. neque arbor mala faciens fructum bonum.
Vna queque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque
enim de spinis colligunt ficus; neque de rubo vindemiant
vuam. Bonus homo de bono thauro cordis sui pro-
fert bonum. Et malus homo de malo thauro profert
malum. Ex habundancia enim cordis os loquitur. Quid
autem vocatis me domine domine. Et non facitis que dico. Om-
nis qui venit ad me et audit sermones meos. et facit eos.
ostendam vobis cui similis sit. Similis est enim homi-
ni edificanti domum. qui fodit in altum. et posuit funda-
mentum supra petram. Inundacione autem facta illi sum
est flumen domui illi. et non potuit eam mouere. Funda-
ta enim erat supra petram. In consecracione altaris. lcon.

Hec dicit dominus deus. In illa die deferetur. ysa. prophe.
munus domino deo exercituum. et rex fortis dominabitur
eorum. In die illa erit altare domino in medio terre. et
cognoscetur dominus et colent eum in hostiis et mu-
neribus. et vota vouebunt domino et soluent. Et reuertentur
ad dominum. et placabitur eis. et sanabit eos. In die illa erit
israhel benediccio in medio terre. cui benedixit dominus deus